+

Succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Inscriptis praefatae non completa complenda citata existens memorata pars Una praemissa non tenens sive eius successores, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis sive illius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex tunc recessu suprascripto quo adrespondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio, stare iuri parere, respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni modernae satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, ubi et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis evasionibus suspensionibus, fatalitis Juris praescriptione Terrestri bello conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Rakuski Commilitones G:
334 Druszkiewicz Quietat

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Casimirus

Michael:

Michael Rakpski Regens Cancellariæ Castrensis Præmysliensis Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] Suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] Subijciendo palam libere publice ac expresse recognouit. Quia ipse Generosum Georgium Proszycki Vice praefectum Vexilli Generosi Stanislai Dworzkiewicz Dapiferi Parnauiensis Rothmagistri Sacræ Regiæ Maiestatis et Ioannem Kosmowski Vexilli eiusdem Generosi Dapiferi Parnauiensis Deputatum et Commilitonem et eorum Successores de Causa et actione per se Recognoscentem ipsis et alijs in processu Causæ Specificatis et famulis eorum ratione sibi Recognoscenti e Ciuitate Præmysliensi domum Suam in Villam Taskmanice Sitt per Villam Zurzyce proficiscenti Viâ publicâ ante Villam Zurzyce interceptionis Sui Recognoscentis Contemprerationis, abusus bombardarum et aliarum Violentiarum in processu Causæ specificatarum illationis nec non de pœnis tam banitionis perpetuæ quam infamiarum binis ratione præmissorum obtentis, ob praestitam sibi Recognoscenti pro præmissis Satisfactionem quietat, emittit, dimittit liberosq[ue] et absolutos facit et perpetuo pronunciat, Causam eandem tum easdem pœnas banitionis perpetuæ et Infamiæ Cassat mortificat et annihilat praesentibus. Salua sibi Recognoscenti cum alijs inculpatis in processu Causæ specificatis actione, tum et ijsdem Condemnationibus pleno in robore reservata. 133

Gorski et Kozłowscij mutuo Intercisam Roborant et Stabiliunt

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus